praefatus Herlieczki aut eius posteris citare permiserit totus rece-
dens ab omni suo proprio foro et competentia coram praefati Castrensi
Praemisliensi officio cui se cactus praesentis respectu cum successori-
bus bonisque omnibus ultro incorporat semper in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere respondere inscriptionique
eidem satisfacere cum successoribus suis totus quotiens opus fuerit tenebitur
Terminum ipsum primum peremptorium et alios subsequentes nullis
modis viis colloribus motionibus appellationibus earumque pro-
ad attentiones prosequutionibus evasionibus praescriptionibus suspen-
sionibus praeinster trium Marcarum Dillationibus ad quietationem sta-
tutisque et constitutionibus laudatis et laudandis evadendum
se cum successoribus omnibus iuris remediis uti abrenuntiando quod
memoriali firmatum est.

Winniczki quietatalium

Stans personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensi Praemisliensi
Nobilis Fedor Winniczki recedens a Terris Districtibus iuribusque
suis propriis ac foro competentia iuris vero praesenti iurisdictioni se
cum successoribus quo ad hunc actum attinet incorporans sanus mens
et corpore exstans pacifice pala ac per expressum recognovit
quia a Nobili Wasko Winniczki fratre suo germano summam
quingentorum florenorum pecunie ipsi per eundem actum Terris Praemisliensis
solvi inscriptum totaliter et in effectu recepit ac manualiter
levavit ratione cuius receptionis et levationis summe praefatus
eundem Wasko fratrem suum et eius successores quietat liberumque
ac immunem facit perpetuis temporibus inscriptionique praefatam
Terrenum Praemisliensem super praenominatam summam servientem cum omnibus
eiusdem conditionibus punctis clausulis et articulis cassat annis
latenorum fuerat obliterat perpetue et in aevum quod me-
moriali firmatum est.

Rogozienski renovat Bendorf

Coram officio et actis praesentibus Castrensi Praemisliensi personaliter
stans Nobilis Andreas Rogoziensky in villa Rogozno sortis
suae heres a Terris Districtibus iuribusque suis quibusvis propriis
ac foro competentia recedens iuris vero praesenti Castrensi Praemisliensi iu-
risdictioni se cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum et effe-
ctum praesentis inscriptionis attinet incorporans et subiectionem sanus mens
et corpore exstans et hoc renovans et denuo recognoscens inscriptionem
Castrensi Praemisliensi de actu sabbato post festum Conversionis Sancti
Pauli apostoli in anno millesimo quingentesimo octuagesimo primo con-
tentum pacifice pala ac per expressum recognovit quia Nobili Chri-
stophoro Bendorf villae Boszyna in Terra Cracoviensi sitae possessori et
eius legitimis successoribus summam ducentorum viginti et quatuor florenorum
pecunie monete et numeri polonici certi veri liquidi mutui atque essentialiter debi-
ti tenetur et est debitus quam quidem summam se cum successoribus in et
super bonis suis omnibus inscribit et obligat Eidem Bendorf aut
eius posteris iuris pro die festi Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime et
immediate venturum in Castro Praemisliensi circa acta praesentia Castrensi
Praemisliensi totaliter et in effectu dare solvere reponere relinquere non ex
fidemissione aut quovismodo arestare casu vero quod si summam praefatam
pro tempore supranominatam non solverit aut quovismodo solvere neglexe-
rit successoresque neglexerint extunc debebit actum praefatus Ro-
gozienski prout se cum successoribus in omnibus bonis suis inscribit Eidem
Christophoro Bendorf aut eius posteris in Crastino eiusdem diei so-
lutioni assignatum vel tunc dum per Mintlen Pallatus Russiae Intem-
quemcunque capietur dare et libere admittere realiter in actua-
li ac pacifica possessione in bona sua iuris vigore quinque cum eo
bene possessionatos in villa Rogozno existentes quos sibi elegerit sub
vadio ducentorum viginti et quatuor florenorum pecunie monete polonicalis